

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Privatrechtliche Urkunden und Amtslisten von 1266 bis 1332

Schulte, Aloys

Straßburg, 1884

1330 - 1331

[urn:nbn:de:bsz:31-326716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326716)

ipsi Sophie ex parte magistri et consulum solvuntur singulis annis, pro 10 marcis argenti.
A. 1. actum nonis decembris, a. d. 1330. 1330 Dezember 5.

Aus Strassb. Stadt A. Pf. G. lad. 102 fasc. P. or. mb. c. sig. pend.

Schenkung. **1278.** C. j. c. A. Greda, relicta Erbonis dicti Groserbe militis Arg., in ipsius et dicti quondam mariti sui remedium animarum de consensu expresso Else et Sophie, filiarum Grede ipsius, et Johannis dicti Swarber mariti dicte Else, necnon Rûlini dicti Löselin, mariti dicte Sophie, militum Arg., consensum dictarum uxorum auctorisantium donavit choro ecclesia Arg. redditus annuos 8 unc. den. Arg. super domo et area, in novo vico apud vicum predicatorum in c. A. sitis juxta domum liberorum quondam Philippi apothecarii civis Arg., a prebendariis dicti chori percipiendos sub hoc modo, videlicet quod tam in vita quam post mortem ipsius anniversaria relicte et quondam mariti sui predictorum singulis annis die s. Blasii cum vigiliis et missis prebendarii predicti peragere teneantur. actum 2 kalendas januarii, a. d. 1330. 10

Dezember 31.

Aus Strassb. Hosp. A. lad. 174 fasc. 2. or. mb. c. sig. pend.

Messfundation. **1279.** Prepositus, decanus et capitulum ecclesie s. Thome Arg. notum faciunt, quod bone memorie Johannes dictus Kamerer olim decanus ecclesie dicte, natus quondam Göttonis, prebendam sacerdotalem altaris in ecclesia dicta per executores ejus constructi et in honorem bb. Bartholomei apostoli, Vincentii et Brigide virginis consecrati, coram quo ipse decanus requiescit, instituit et bona sua ad eandem legavit. inseruntur verba testamenti per dictum Johannem ordinati. jus collationis sibi reservatum nunc et in perpetuum est apud decanum ecclesie, qui si negligens fuerit, apud prepositum; item voluit legator, quod vicarius distributiones chori recipiat et in recompensam vicarius det singulis annis capitulo ad saccum communem (in den gemeinen sak) 4 lib. den. Arg. et quod vicarius cottidie missam celebret pro salute anime legatoris. altare construi jussit in stattia² ex opposito camere plebani dicte ecclesie a latere chori, et quod emant executores calicem, librum missalem, casulas 2 et alia necessaria ornamenta, item legat ad prebendam cistam suam ferream pro conservandis instrumentis. idem statuit, quod vicarius omni die post celebrationem misse visitet sepulcrum ipsius cum aqua benedicta, ut est moris. item legat ad chorum ecclesie calcitrum suum rubeum de condali^a factum. sigillum capituli est appensum. actum a. d. 1330³. 20

Aus Strassb. Thom. A. lad. 26 (Titres). or. mb. c. sig. pend. mutil. 30

Pfandbrief. **1280.** Frater Rûdolfus de Hochberg, commendator, et fratres hospitalis s. Johannis domus *Schenkung.* in Doroltzheim propter urgentem necessitatem vendunt Berhtoldo dicto Mansze, civi Arg., curatori Johannis adhuc minoris filii quondam Johannis dicti Mansze, olim fratris dicti Berhtoldi, nomine curatorio redditus annuos 2 lib. den. Arg. super redditibus 2 lib. et 10 sol. super domo et area, sitis in c. A. in der Kûffergasse und ist ein orthus oben in der Brûygaszen, quos Johannes dictus Criegesheim cuparius jure emphiteotico tenet, obligantes redditus predictos 2 lib. et 10 sol. pro solutione reddituum 2 lib., pro 20 lib. den. Arg. A. 2. sigilla curie, commendatoris et conventus sunt appensa. ad hec dictus Johannes junior dictos redditus donat per manum curatoris sui eidem hospitali in remedium anime quondam patris sui donacione inter vivos pro anniversario ipsius patris peragendo. redditus non debent alienari. 35

a) Vielleicht candali. Sinn?

¹ Nach einer Dorsualnotiz s. XIV lag das Haus in «Kesselgessel» und wurde zu dem Sampson genannt. Vgl. Str. G. u. HN. S. 90. ² Wohl = statio. Gewölbe. ³ Derselbe hatte auch in der Kirche zu Rheinau eine Pfründe errichtet, wie das dortige Kapitel kundgibt. 1331 März 13. Or. im Bez. A. G 4219 (4596). 6. 45